

reo.<sup>1</sup> 127. In eo quoque par omnium causa est<sup>2</sup>, quod si quid pro reo<sup>3</sup> soluerint, eius recipiendi causa habent cum eo mandati iudicium; et hoc amplius sponsors ex lege Publilia propriam habent actionem in duplum, quae appellatur depensi.

128. Litteris obligatio fit ueluti in<sup>4</sup> nominibus<sup>5</sup> transcripticiis. fit autem<sup>6</sup> nomen transcripticium duplici modo, uel a re in personam uel a persona in personam. 129. A re in personam transcriptio fit, ueluti si id, quod tu ex emptio causa aut conductionis aut societatis mihi debeas, id expensum tibi tulero. 130. A persona in personam transcriptio fit, ueluti si id, quod mihi Titius debet, tibi id expensum tulero, id est si Titius te pro<sup>7</sup> se delegauerit mihi.

131. Alia causa est eorum nominum, quae arcaria uocantur. in his enim rei<sup>8</sup>, non litterarum obligatio consistit, quippe non aliter ualent<sup>9</sup>, quam si numerata

1) re Inst. 2) esse V. 3) eo V. 4) del. Hu. sine ratione probabili. cf. infra 3, 135. 5) nominibus Hu. nominibus V. 6) an V. 7) add. Hu. 8) rebus V. 9) ualent V.

§ 127. cf. I. 3, 20, 6. D. 46, 1, 15 pr. (Iul. 693). 46, 1, 18 (Iul. 841). 46, 1, 21, 5 (Afr. 82). 17, 1, 6, 2 (Ulp. 907). 17, 1, 10, 11 (Ulp. 910). 46, 1, 4 pr. (Ulp. 2919). 16, 1, 31 (Paul. 1024). 46, 1, 66 (Paul. 1025). 46, 1, 67 (Paul. 1047). 17, 1, 20, 1 (Paul. 1836). 17, 1, 40 (Paul. 192). C. 4, 35, 6 (a. 238). 8, 40 (41), 14 pr. (a. 239). lege Publilia] cf. infra 4, 22. depensi] cf. infra 3, 216, 4, 9; 25; 102; 171; 186. Paul. 1, 19, 1. D. 17, 1, 52 (Iav. 71). 17, 1, 50 (Cels. 266). 46, 3, 71, 1 (Cels. 229). lex Rom. Burg. 14, 8. lex Iul. munic. 114 (Bruns I, 108). Cic. ad fam. 1, 9, 9. ad Att. 1, 8, 3.

§§ 128, 129. cf. Gai epit. 2, 9, 12. Theoph. 3, 21 pr. (p. 348 Ferr.) infra 3, 137 sq. I. 3, 21. Plaut. Truc. 1, 1, 51 = 70 sq. Cic. de offic. 3, 14, 59. ad Att. 4, 18, 2. pro Rosc. Com. 1, 4, 2, 5 sq. in Verr. 2, 1, 23, 60; 36, 92; 39, 100. orat. 46, 158. Velut Longus (Grammat. Latin. ed. Keil, vol. VII) 60, 10. Gell. 14, 2, 7.

§ 130. cf. D. 16, 1, 13 pr. (Gai. 229). Liv. 35, 7, 2. C. I. L. XIV 3471 (Bruns I, 353).

§ 131. cf. Cic. top. 3, 16.

sit pecunia; numeratio autem pecuniae rei<sup>1</sup> facit obligationem. qua de causa recte dicemus arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere. 132. Unde non<sup>2</sup> proprie dicitur arcais nominibus etiam peregrinos obligari, quia non ipso nomine, sed numeratione pecuniae<sup>3</sup> obligantur; quod genus obligationis iuris gentium est. 133. Transcripticiis uero nominibus an obligentur peregrini, merito quaeritur<sup>4</sup>, quia quodam modo iuris ciuilis est talis obligatio; quod Neruae placuit. Sabino autem et Cassio usum est, si a re in personam fiat nomen transcripticium, etiam peregrinos obligari; si uero a persona in personam, non obligari. 134. Praeterea litterarum obligatio fieri uidetur chirografis et syngrafis, id est, si quis debere se aut daturum se scribat, ita scilicet<sup>5</sup>, si eo nomine stipulatio non fiat. quod genus obligationis proprium peregrinorum est.

135. Consensu fiunt obligationes in emptioibus et uenditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. 136. Ideo autem istis modis consensu dictimus obligationes contrahi, quod<sup>7</sup> neque uerborum I

1) rein V. 2) add. Hu. 3) dicit V. 4) ipso nomine sed numeratione pecuniae Göschen. ipse nome s nomen ratione pēcae V. 5) quaerit V. 6) scilic. ut V. 7) quod] quo V. quia Dig. Inst.

§ 132. cf. Ascon. in Cornelian. p. 57 ed. Orelli.

§ 133. cf. Liv. 35, 7, 2. Cic. pro Fonteio 6, 11.

§ 134. cf. Ps.-Ascon. in Verr. 2, 1, 60; 91 p. 175; 184 ed. Baier (Bruns II, 72). Cic. in Verr. 2, 1, 36, 91. de dom. 50, 129. de harusp. resp. 13, 29, 16, 34. pro Rabir. Postum. 3, 6. Philippic. 2, 37, 95. ad Attic. 5, 21, 10, 6, 2, 7, 6, 1, 15. Amian. 18, 5, 2.

§§ 135—137. = I. 3, 22. D. 44, 7, 2. cf. Gai epit. 2, 9, 13. § 135. cf. D. 19, 4, 1, 2 (Paul. 502). 44, 7, 48 (Paul. 1224). 45, 1, 36, 2 (Paul. 1845).

§ 136. cf. D. 19, 2, 14 (Ulp. 1607). 17, 1, 1 pr.; 1 (Paul. 484). 18, 1, 1, 2 (Paul. 503). 45, 1, 35, 2 (Paul. 1845). 17, 2, 4 pr. (Mod. 199).

37